



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

5 Iidem sunt, ac Defensores.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

Defensionem iniunxit in Causa  
Januariæ Abbatissæ, quæ mole-  
stabatur ab Anastasio.

Quòdque \* Summi Pontifices  
Defensorum nomine intellexe-  
rint de Aduocatis, fatis esse vi-  
detur testimonium Pelagij Se-  
cundi immediati Prædecessoris  
Gregorij in rescripto ad Anto-  
ninam Patriciam, & Deciam  
postulantes Monachum fieri  
Defensorem, relato per Gratia-  
num 16. quæst. 1. can. de præ-  
sentium. 20. in hæc verba. De  
præsentium Portitore, quod De-  
fensor factus non est, nulla vobis  
animi molestia sit, quia verè sa-  
tis amarissimum habeo de isto pro-  
posito ad illud officium homines  
deduci, in quo nullo modo, quæ  
a

## 16 CAPVT

à Monachis Deo promissa sunt,  
valeant adimpleri ; omnimoda  
enim est illius habitus, & istius  
officij diuersitas : Illuc quies, ora-  
rio, labor manuum ; & hic cau-  
sarum cognitio, conuentiones, a-  
etius, publica litigia, & quæcun-  
que Ecclesiastica Instituta, vel  
supplicantium necessitas poscit ;  
faciat autem Deus, ut tales sint  
hi, qui vel à Nobis in isto habi-  
tu nutriuntur, vel in Monaste-  
rijs crescunt, ut prouecta ætate,  
& vita probata, non ad litigio-  
rum Officia, sed ad Sacerdotium  
valeant promoueri . Quo \* rescri-  
ptio quasi penicillo delineatur,  
**Officium Defensoris versari in**  
**Controuersijs Iudicialibus, quod**  
**proprium Aduocati munus exi-**  
6 **tit;**